

ut aridæ ficus impositæ duros distrahant tumores. Coctio quoque ipsorum eiusdem potentia est, ubi uelis concoquere expedit farinam ammiscere triticeam, ubi distrahere ordeaceam. Quæ ficus pinguißimæ, hæ tumores ualidius concoquunt. Quæ gustu acutiores, ad abstergendum ac distrahendum magis idoneæ, coctum ex ipsis in aqua paratum melleaceum, melli potentia simile est.

*Thasis Gal. in 1.º sumit de farina triticea doloribus q. sunt in plantis pedum si eo fiat emplastrum auxiliatur et apostemata maturat*

Fermentum tenuium est partium, & mediocriter calidum, ob hoc tutum & citra uellicationem, euellit autem radicitus & distrahit. Miscetur ex contrariis potentibus acore, frigiditate, & putrida caliditate, tum farinae, tum aliorum.

*Fistula in pistaria Fenug. relis*

*Fermentum in scripto Furfur ibidem Fermentum trans. ibi et in scriptis Fermentum in scriptis*

**De incipientibus & G litera.**

**VENTICULI.**  
 & Gentide  
 Illiriorum

*Gigarte sur vna parte qm panga ca. de durina minus Gigarte te vna parte mat sunt g. g. his. aliqui in pro anima no sunt*

**G**entiana, huus radix efficax est, ubi tenuandum fuerit & purgandum, et abstergendum, & opilatio amouenda

Gigarta arida quidem est in secunda distantia, frigida uero in prima est, & acris gustu, ideo uentris langoribus satis opitulatur, licet pro quouis acino ponatur, uue speciem tamen quidam faciunt, quæ suis causa, ut hoc nomine appellarim.

*Thasis Gal. De gentiana Gentiana radice exultans punitur scorpione: ac epati frigida. splenis quoque opilati atq. tumori congrua existit. Anacroy. 1.º col. li. ca. 43. Gentiana ponit huc mediam magis testat. & sic. & hoc manifesta & fortitudine sue amaritudinis. & radix ipsius fortissima ad subtrahendum & aperendum opilatioms.*

Gingidium, sicut quemadmodum gustu amaritudinis & acerbitalis est particeps, arefaciensque est iuxta ambas qualitates, & ambabus qualitatibus stomacho opitulatur, quod non parum acerbitalis habeat, multo autem magis opitulabitur stomacho si aliquantum feruescat, et cum aceto manducetur. Caliditatem igitur non admodum manifestam obtinet, arefacit autem in secunda distantia.

Glaucium, acerbescit cum quadam insuauitate. Cæterum etiam frigefacit manifesto, adeo ut igni sacro operam ferat, qui ualidissimus non sit, hoc pastinacæ genus, gallicam uocant latini.

Glicon calefacit & attenuat uehementer, quamobrem ex thorace, & pulmone humida, crassa, glutinosaque facile facit expuere, menstruaque aduertit cum uino albo coacta, potaque uino calido non diluto, sed merito & extrinsecus pigmentata in ischiadicis & alijs refrigerandis etiam podagricis, puileium à latinis dictum, ut Dioscorides.

Glycorizon, uel glycyrriza, huius arbuti radicis succus longe utilissimus est, dulcis est cum breui quadam acerbitalitate, ideo etiam asperitates lenit non in arteria modo, uerum etiam in uesica pudendorum,

γίγγιδιον. Putant non  
Dios. li. 2. esse quod nos  
cap. 123. fimum terre  
quod in 6 Georgij. cap. 10. ita uocatur

γλαυκίον. Hodie uocatur  
Dios. li. 3. nemittæ uide  
cap. 92. fit sicut in primis  
1751

Glicon est  
Dios. li. 3. sicut liquor  
cap. 32.

γλυκυρίζη. Liquiritia  
3a.  
Dios. li. 3.  
cap. 6.

Galeni. virtus eius prima est virtus frigidior complexione corporis huius, ac si sit tepidior calidior: et ideo est prope complexionem aqualem. et est humida temperate humiditatis. Et virtus eius secunda est virtus que lenit. Et tertia que lenit asperitatem in uesica & uesicula. et abscondit sicut in Rasis. Liquiritia gutturi confortat ac pulmone si fluxus in eis existens expellendo. Sicut terea atque urina ardorem auferit.

quoniam etiam in ea humidum est temperamento mediocriter dulce, ut fert ratio sine siti est.

*παλονία*  
Dios. li. 3. cap. 149.  
Duorum generū est mas, et foemina.  
Glycyfides, hanc etiā pæoniam, & pantorobum, et ephialtiam nominant, tenuiū est radix partium, & arefaciens, & mediocriter calida, clementer enim acerbescētē habet potētiam, cum quadam dulcedine, plus autem mansa & cum acumine subasmara. Hæc igitur mēstrua mouet sumpta quanta est amygdali magnitudo secta, cū melicrato pota. Purgat autem iecur opilatum, & splenem, & renes, acerbitate autē sistit in uentre fluxus, in uino aliquo austero cocta & poto uino. Vim habet ualide arefaciendi, adeo ut præstantissimi quidam Medici scribant infantes quosdam comitali morbo correptos, haustu huius ita liberatos, dum hanc radicem à collo pendentē gerunt perpetuo, nunquā in comitialē morbum incidisse.

*γναφάλιον*  
Pli. li. 27. cap. 10.  
Gnaphalium, acerbescētis est mediocriter potentię, id propterea tradiderūt ipsum languētem torminibus cum aliquatenus austero uino.

*Galla ?  
Cariophila que i sine  
Granata que in rhyoa.  
Galani que in quercu Galanxa.*

De incipientibus ab I litera.

*Et vide post x.*